



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Spirensis n. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

gari etiam Idiomate habetur apud ritat. Auctorem Ibidem fol.
367.

In Societa-
rem falsa
criminatio-

Spirentium
Canonico-
rum beni-
gnia respon-
sio.

2. AB SPIRENSI. Comitis Palatini instinetu Senatus secularis Spirensis, Antistiti & Canonici supplicauit, vt Iesuitas expellent, in libelloque supplici, aiebant, Societatem esse perniciosam hominum sectam, paci, libertati, religioni aduersam. Per eam irritato vicino Principe, penuriam rerum induci, qui propterea à sua ditione ligna, & commeatum exportari non pateretur. Iesuitis electis omnia pollscens, ipsamque per se Societatem, vt in Urbe tanto conuenarum numero pressa, grauem esse. Ad quæ Canonici respondere. Ordinem à cunctis Christianis receptum Principibus, non sine graui contumelia perniciosem appellari sectam, nec posse dictum, aut factum Iesuitarum aduersarium paci proferri. In eosdem per inuidiam, & sane leuiter apud gnatos rerum annonæ gravitatem conferri, vicinorumque Principum offenditionem: cum ante eorum aduentum nihilo fuerint vicini clementiores, nec annona laxior: licere Clero suum Ordinem absque senatus iniuria augere: nec posse Clericos prohibere, quin suam habeant familiam. Quod si vel ad docendum, vel ad alia munia pro Iesuitis Clericos seculares instituant; hos vbi suam quisque conflat familiam, quamuis paucos, Iesuitis multis fore Ciuitati grauiores. Sic Par. 4. Hist. Soc. lib. 1. n. 87. vbi additur: Hæc Ecclesiasticorum constantia efficit, ut cum iterum senatus deferret querelas, contumeliosis vocibus abstinenſ, imo, & laudibus ornans Societatem, pacis tamen causa mitti postularet. Sed Canonici, atque Andrea ab Obersteino in primis Decano grauissime propugnantibus: &, si quid haberent, ad legitimam iudicij formam prouocantibus, queuere.

CLAS-